

theil und Gefahr dessen / der den Wechsel vor der Zeit bezahlt hatt. Rationem assertionis dat Heidig. *Anleith. zum W. Recht. cap. 8. vers. Nachdem wir / p. m. 85. Bod. de camb. thes. 7. lit. i. Dixi Trassatis cambia enim propria etiam ante diem rectè solvuntur, Ludov. Einleith. zum W. P. cap. 3. §. 14.*

Decima. Sicut solutio non potest fieri ante terminum, sic §. 11. è contrario, si præsentans vel non adsit in termino solutionis, vel recipere nolit solutionem, acceptans poterit summam integram litteris contentam autoritate Judicis consignare, omneque tunc periculum, & damnum devaluationis monetæ, &c. spectat ad præsentantem. Dupuy c. 13. n. 9. Ob signatione enim integræ summæ debiti solenniter factâ liberationem contingere manifestum est, ex leg. 9. cod. de solut.

Undecima. Per solutionem solvens sibi acquirit actionem §. 12. mandati contrariam adversus trassantem ad consequendam restitutionem pecuniæ solutæ, & expensarum intuitu cambii factarum, sicut & ad obtinendam suam provisionem, Heidig. *cap. 11. vers. Letztlich der jenige. p. m. 106. quas de singulis 100. est $\frac{1}{4}$ pro cento. Pro honore verò litterarum solvens utilem sibi negotiorum gestorum actionem acquirit, vid. supr. dissert. II. §. 5. confer Bod. de camb. thes. 7. lit. p. §. 9.*

DISSERTATIO XIII.

De Protestatione Litteræ Cambialis.

Protestum interponit vel acceptans ipse, si non simpliciter, sed pro honore litterarum acceptet, & solvat. vid. *supr. dissert. II. §. 5. vel præsentans dupiici ex causa. Ob denegatam*

negatam scilicet acceptationem, aut non præstitam in termino solutionem.

§. 2. Protestationi ob denegatam acceptationem locus est quamprimum acceptatio simpliciter denegatur, Heidig. *Anleith. zum B. Recht. cap. 8. vers. Es müssen/p. m. 93. Bod. thes. 8. lit. a.* Poterit interim citra præjudicium, haud tamen tenetur præsentans expectare usque ad primam abscurrentem postam, si non simpliciter, sed ex causis denegetur acceptatio, aut acceptans se nondum declarârit super acceptatione præstanda, *Sürrenberg. B. O. art. 1. Leipzig. B. O. art. 7. Statuta Hamburgensia à Bod. thes. 8. litt. c. allegata.* Pro majori verò securitate solet præsentans tunc curare notari protestum, id est: interponere, sed non curare desuper confici instrumentum, *Ludov. Einleith zum B. P. cap. 4.*

§. 55.

§. 3. Protestum ob non præstitam in termino solutionem, ubi conceduntur dies discretionis, interponi demum potest ultimo die discretionis, *Statt Cöllen B. O. §. 1. Und zwar vor erst.* Qui si feriatus fuerit, disponit *Ordinat. camb. Colonienfis, d. §.* Wosern nun aber der obgemelte sechste Tag auff ein Sonn- oder Feiertag einfiele/und deren auch mehr strack nacheinander folgen thäten / alsdan soll auff den ersten darauff folgenden Werk-Tag die Protestation geschehen müssen. Si hujusmodi speciale statutum non adsit, protestatio die feriato interposita, cum non sit actus involvens strepitum judicalem, haud est invalida. *Augsburg. B. O. art. 2.* Ubi dies discretionis non usitantur, protestatio fit die solutioni præfixo, *Leipzig. B. O. art. 15.* Si verò effluxo die

fo-

7 termi-
quam-
Heidig.
id. thes.
tamen
accepta.
reptione
B. D.
allegata.
care notari
super con-
cap. 4.
nem, ubi
st ultimo
r vor est.
onensis, d.
g auf ein
rehr frucht
den ersten
gehaben
protestatio
strepitum
D. mt. 2.
fi die solu-
ffluxo die
62.

solutionis advenerit littera cambialis, nisi intra 24. horas præstetur solutio, protestatur littera, *vid. sup. dissert. 12. §. 9.* In cambiis feriarum, si tempore statutis præfinito non fuerit præstita solutio, protestationi locus est.

Quamvis protestationes judicialiter interponi possint, quod §. 4. & Juri Justinianæo congruit, D. Zipffel *Tract. von Wechselbrieffen sect. 6.* ut plurimum tamen fit coram Notario & duobus testibus, *Statt Cölln B. D. §. Und zwarn. in verb. Daß ein acceptirter Wechselbrieff durch Mangel richtiger Zahlung durch einen Notarium und 2. Zeugen soll müssen protestirt werden/nisi consuetudine vel statuto aliud obtineat* ut Francofurti, ubi sufficit coram duobus ad causas cambiales specialiter deputatis & juratis Notariis vel alterutro horum etiam sine testibus protestum interponi, Heidig. *Einleith. zum B. Recht cap. 8. vers. Und zwarn. p. m. 91.* attendi enim debet stylus loci, in quo solvendæ sunt litteræ, Dupuy *cap. 14. n. 2.*

Protestatione interpositâ instrumentum (cujus formulam §. 5. ex Vogt tradit Heidig. *cap. 8. p. m. 95.* & cui simul inferuntur causæ protestationis, *Grandsfurth. B. D. art. 9.*) à Notariis desuper expeditum unâ cum cambio remittitur ad locum unde, sive ad suum authorem à præsentante, qui, si purus sit mandatarius, regressum solummodo habet ratione expensarum intuitu cambii causatarum, protesti, & provisionis sibi debitæ, Dupuy *cap. 15. n. 1.* Si verò fuerit propriarius litterarum, omne damnum ex non secutâ acceptatione vel solutione proveniens, expensas protesti, cæterasque circa cambium causatas unâ cum summâ capitali & interesse à die

interpositi protesti repetere, imò & recambium germanicè
ein Herwechsel damno trassantis facere potest, Alte Breslaw.
B. D. art. 10. Preussische B. D. art. 22. § 29. Dicta
limitabis. Ut recambium fieri debeat cum minori tras-
santis dispendio, alioquin non tenetur trassans carius solvere,
nisi ad modum minoris dispendii, Dupuy cap. 15. n. 20. Ex
quo sequitur, quòd recambium pro alia platea, quàm in quâ
cambium factum sumi non debeat, nisi probetur raritas pe-
cuniæ in loco protesti ad locum trattæ, aut quod inter civita-
tem protesti & civitatem trattæ non sit continuum & regula-
tum commercium, vel quod trassans liberam facultatem de-
derit præsentanti pro quavis platea recambium faciendi. Du-
puy loc. cit. n. 14. 29. § 30. Leipzig. B. D. art. 30. Haud
tamen tenetur trassans damnum recambii sentire, nisi probetur
illud sumi debuisse & in factò sumptum, reliquasque expen-
sas erogatas fuisse. Leipzig. B. D. in verb. Allem unzint-
lichen Wucher vorzubawen / und damit nit das interesse
zum Capital geschlagen / oder interesse von interesse gefor-
dert werde / soll kein debitor gehalten seyn vor einiges inter-
esse l'agio und corso des Wiederwechsels zu haften / wohe
nicht durch gnugsame documenta oder sonsten erwiesen
worden / daß ahn dem Orth / wohin der Brieff trasiret
gewesen / der creditor wegen zuruck gebliebener Zahlung
anderweitch Geld auff Wechsel nehmen müssen und würck-
lich genohmen / Preussische B. D. art. 30. der Zieher
eines Wechselbrieffs soll bey eräugnetem protest keinen an-
deren Wechselshaden zu bezahlen schuldig seyn / als nur
dasjenige / was der letztere Einhaber ahn Unkosten /
Brieff

Brieff porto, protest gebühr / und provision auffgewen-
det. Congruit Jus Romanum, quod locupletari quemvis
vetat cum alterius injusto damno.

Actionem damni & interesse præsentans cum paratissimâ §. 6.
executione sive viâ executivâ instituere potest contra omnes &
singulos in litteris nominatos, sive quod indossaverint sive
quod trassaverint vel mandatum trassandi dederint, Dupuy
cap. 17. n. 1. absque quod hi gaudeant beneficio ordinis vel
discussionis, imò & uno impetito digredi ad alium, & om-
nes simul persequi potest, Dupuy cap. 16. n. 1. § seq. Ludov.
Einleith. zum W. P. cap. 4. §. 7. Hamburg. W. D.
art. 32. § 34. Augspurg. W. D. art. 8. Quod si litteræ
fuerint acceptatæ, licet ex post protestatæ, actionem quoque
habet contra acceptantem, Hamburg. W. D. art. 32. Si verò
unus ex indossantibus solverit, hic intrat in jus præsentantis
habetque regressum contra reliquos, Dupuy cap. 16. n. 11.

Quæres. An ergo mandatarius pro alterius computu dans §. 7.
ad cambium, in se verò & ordre poniturans litteras, & sub
nomine suo indossans in principalem sive mandantem in casu
non secutæ solutionis ex indossamento suo obligetur? & R.
reliquis indossatis tenetur ex dictis n. preced. neque enim in-
dossans excipere potest, se ordinem non pro computu pro-
prio sed ad mandatum & pro computu alterius scripsisse, cum
hoc indossatis sit incognitum ipsique tenorem litterarum respi-
ciant. Suo principali verò nullatenus tenetur, dummodo
per litteras correspondentiæ vel aliter purum mandatum pro-
bari possit, Hamburg. W. D. art. 36. in verb. Wan einer
einig Geld per Wechsel ahn einen anderen vor eines dritten

Rechnung gibt / und den Wechsel ahn sich selbst oder seine
ordre stellen lasset / der wird vermög seines *indosséments*
 bey eräugnendem *fallissement* zwar mit *debitor*, jedoch nit
 seinem *principali*, es wäre dan daß er denselben darfür *del*
credere zu stehen sich verpflichtet hätte. Facit ratio ex Jure
 communi, quo mandatarius absque dolo & culpa exequens
 mandatum calum non præstat, *Loëf. ff. mandati n. 17.* Quæ-
 stio enim adhuc est inter Doctores maximè controversa, an
 usque adeo ad levissimam culpam præstandam sit obligatus?
 quâ de re videatur Mull. ad Struv. *d. tit. th. 10. lit. 2.*

- §. 8. Præsentans si intra legitimum tempus proteltari neglexerit,
 & litteræ fuerint acceptatæ, actionem ad consequendam so-
 lutionem tantum habet contra acceptantem, contra reliquos
 verò indossantes & trassantem omne jus amisit, Dupuy *cap.*
14. n. 1. Si non procuraverit acceptationem, nullum planè
 regressum habet, sed omne periculum & damnum pertinebit
 ad præsentantem. Ludov. Einleith. zum W. P. *cap. 4. §.*
51. Plura vid. sup. *Dissert. 10. §. 1.*

DISSERTATIO XIV.

De Causa finali Cambii.

Discussis præviè reliquis causarum generibus ad cambii
 nostri finem tanquam metam & victoriam laboris pro-
 pero, illumque cum Bod. *thes. 10. lit. a.* pono duplicem,
 primum scilicet & secundarium.

- §. 1. Finis primarius cambii est publica utilitas, propter quam
 à Pio V. Pontifice in ejus constitutione de cambiis confirma-
 tum est, relucetque præprimis in eo, quòd beneficio cam-
 biorum